MARCI MANTVA BONAVITIS, PATAVINI, IVRISCON.

DIALOGVS DE CONCILIO.

cap. 32. num. 12

COLL. SOC. IESV SALM. EX ... NO ...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... SA...

ROBERTO, MAGIO, BOnonienſi, Iuriſcon. Clariſſimo, & Proto notario Apoſtolico, optime merito.
Marcus, Mantua, Bonauitus, Patauinus. I.C.S.P.D.

STATIM & cum primum tuas accepi litteras mi Roberte, quibus de cõcilio me certiorẽ reddebas, (mitto ꝙ omnes lętitia maxima affeceris, ſi tamen ita erit, ut ſcribis, & fiat) cepi mecum tacitus cogitare, quid nam, quod huic rei maxime conuenire uideretur, ſcribere poſſem hoc tempore, quo ferię nobis ſolito longiores indictæ ſunt, non ꝙ putauerim noctuas (ut eſt in prouerbio) Athenas apportare, ſed ut ingenium periclitarer, excitaremq́ꝫ alios ad ſcribendum, & te pręſertim, qui ſi uelis, & niſi quotidianis occupationibus detinearis adeo ingenio uelox es, & iudicio acri, ut ſolus ſcire uidearis, nemoq́ꝫ ſit, qui tibi facile poſſit comparari. Adde ꝙ adiumento erimus his, qui concilio pręerunt, non doctis, & eruditis, ij enim ope auxilioq́ꝫ aliorũ nõ

cerdotes nõ ſint, iuxta illud Iob.c.v.homo naſcitur ad laborem, & auis ad uolatum. & Gene.iij.in ſudore vultus tui ueſceris pane tuo, donec reuertaris ĩ terram, de qua ſumptus es. & amplius de ſe cõfidenter loquẽs Apoſtolus Paulus ait, & gloriatur, gloria tamen Ieſu Chriſti prædicaſſe euangeliũ, vt neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret. i.ad corinth.ix. & in.c.ſacerdos, ad fi.i.q.ij. quoniã vere ocioſi, vt Teres Sitalici pater dicere ꝙ ſæpiſſime ſolebat, nihil ab agaſonibus differunt, quia nihil agendo ẽt (M.Catonis oraculum erat) male agere homines diſcunt. & ea de re Adrianus quoq; Imperator optimus, ne quid aliquando emeret, vel paſceret ocioſum, enitebatur, Immo ab agaſone quodã prouerbium natũ eſt. cum Minerua quoq; manum moue. cuius aſinus cum luto infixus hæreret, deberetq; illi ſuccurrere, et ocioſus Herculem imploraret, reſpondiſſe ferunt, ita demum adfuturum, ſi aſino laboranti manum admoueret. Adde ꝙ muta quies, vitaq; ſedentaria, in ocio ſemota, non corporibus modo, verum etiam animis marcorem conciliat, non ſecus atq;

cano.ſi quis.xxv.q.ſi.& in.d.cano.conue-
nientibus.i.q.vij.& in cano.hoc nequaq̃.
vij.q.i.& in cano.cum adrianus.lxiij.diſt.
& in cano.ſeptuaginta.xvi.diſt.& in cano.
ij.xvij.diſt.& in cano.in ea.c.diſt.& in.c.
quod tranſlationem,de offi.deleg.alia ple-
raq; adduci potuiſſent,ſed cũ hęc ſatis ſint,
ſilentio inuolui debent.

Man. Promiſſis ſtandum eſt,et maxime quia nõ
tam quid aures tuę pati poſſint,conſideran
dum eſt,quàm quid uirtuti,& præſtantiæ
tuę debeatur.

FINIS.

VENETIIS, M D X L I.
MENSE MAI.